



Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

13. De liberalitate Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

2. Reg. 9
 1. Cor.
 1. 39
 piam dari mihi occasionem exercendi misericordiam, ut cum David dicebat: *Numquid superest aliquid de domo Saul, ut faciam cum eo misericordiam Dei?* Dei dicit, qualem Deus exhibet. *O Pater misericordiarum!* ostende nobis misericordiam tuam, fac intelligamus illius magnitudinem, & experiamur in nobis, quo tanquam filij tibi similes in exercenda illa reddamur,

MEDITATIO XIII.

Quod Deus sit infinite liberalis.

PUNCTUM PRIMUM.

Jac. 1. 5.
 Dei liberalitas
 ex quibus cognoscitur.
Job. 41. 2.
Rom. 11. 33.
Pf. 115. 2.
Est summè liberalis: quia dat omnibus affluenter, & non impropere. Spectatur in istis, 1. in multitudine donorum naturæ, & gratiæ. 2. in excellentia, siquidem se etiam ipsum dat. 3. erga omnes absque acceptione personarum. 4. nullo debito, tantum quia bonus est, & per se propensus ad largiendum, unde ab eo cœpit liberalitas. *Quis antè dedit mihi, ut reddam ei?* ait apud Job: Sicut Paulus: *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* non spectat compensationem: quia *honorum nostrorum non eget.* Quod si requirit gratitudinem, facit quod justitia id postulet, & quo plura largiatur. Similiter, si obedientiam, cum sit summus legislator: jubet autem quæ nobis expediunt. Itaque sicut:

cui: *Nemo bonus, nisi solus Deus*: ita neque liberalis. Luc. 18. 19.

Studebo vicissim liberalem me exhibere Deo in omnibus quæ ei grata fore cognovero: idque non ex tristitia aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus: neque spe tribulationis, 7.

sed pro bonitate ipsius, & quia is maximè cupit, imo petit; *Fili! prabe mihi cor tuum*: illud ei tradam, quia non alibi melius locari potest: cumque illo omnia mea desideria & affectus offeram, uti sponsa: *omnia poma nova & vetera, dilecte mi, servavi tibi.* Prov. 13. 16. Cant. 7. 13.

PUNCTUM II.

Singulariter liberalis est in eos, qui ipsi se præstant liberales. 1. In eorum exaudiendis orationibus: siquidem ipsi prompti sunt placita ei præstare. 2. Si nos immemores simus petendi, *Ipsè spiritus postulat pro nobis*: inspirans, ut petamus, quia dare cupit. 3. Dat etiam non petentibus: *Antequam clament, ego exaudiam.* 4. Replet consolationibus cœlestibus, imprimis eos, qui ejus causâ reliquerunt omnia. 5. Providentiam eorum gerit singularem, peculiarè in tentationibus & periculis; assumit ad magna opera: virtutes meritæque accumulât, quo liberalius remuneret, juxta illud: *Date & dabitur vobis, mensuram bonam, & conferatam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum.* Vincit immensum liberalitas divina nostrum desiderium. Ergo non sit por-

Y § recta

Eccl. 4. 36. Ps. 103. 28. *recta manus tua ad accipiendum, & ad dan-
dum collecta. Aperit enim ille manum suam, &
implet benedictione.*

PUNCTUM III.

Deus parcus in te, quia tu parcus. **Q**uam ego sim parcus erga Deum. Petenti quam Samaritana non dedit sitienti in cruce Judæi obtulerunt acetum. Sic ego, aut non facio, aut vitiosa facio. Percurrā præcepta, consilia, regulas Instituti, præscripta Superiorum, inspirationes divinas. Parcum me præsto in omnibus, ut mirum non sit, experiar Deum mihi pareum, si non exaudiar, si consolatione priver, & bonis, quibus aded abundant liberales. Mihi dici cogitem à Deo: *Nunquid abbreviata & parvula facta est manus mea ut non possim redimere?* nequaquam, sed tua me prohibet parcitas, & dolet sic se cogi, ne sit liberalis. O expergiscar à torpore isto!

MEDITATIO XIV.

Quod Deus sit immensus, & ubique præsens.

PUNCTUM PRIMUM.

Dei immensitas **D**eus est in omni loco. *Nunquid non cælum & terram ego impleo? Et Spiritus Domini replevit orbem terrarum: Quare quocunque vadam, per Deum ipsum vado, & illic eum inveniam: Si ascendero in cælum, tu illic es: si descen-*

Jer. 23. 24. Sap. 1. 7. Ps. 18. 78.